



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 71. Caput I. De promovendis ad Ordines.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

„pacto laicos de ipsorum vitiis redar- Sæc. XVI.  
A.C. 1551.  
 „guent, qui uno ab eis sermone con-  
 „vinci possent, quod Clericos ipsis pa-  
 „tiantur esse deteriores ? qua etiam li-  
 „bertate laicos corripere poterunt Sa-  
 „cerdotes, cum tacite sibi ipsi respon-  
 „deant, eadem se admisisse, quæ cor-  
 „ripiunt ? monebunt propterea Episco-  
 „pi suos Clericos, in quounque ordi-  
 „ne fuerint, ut Conversatione, sermo-  
 „ne, & Scientia commisso sibi Dei po-  
 „pulo præeant, memores ejus, quod  
 „scriptum est : *Sancti estote, quia & ego* Levit. c. 19.  
2. Cor. cap. 6.  
 „*Sanctus sum : & juxta Apostoli vocem,*  
 „*nemini dent ullam offensionem, ut non vi-*  
 „*tuperetur ministerium eorum, sed in om-*  
 „*nibus exhibeant se sicut Ministros Dei, ne*  
 „*illud Prophetæ dictum impleatur in*  
 „*eis : Sacerdotes Dei contaminant Sancta,* Ezech. c. 42.  
 „*& reprobant legem.* Ut autem ipsi E-  
 „*piscopi id liberius exequi, ac quo-*  
 „*quam prætextu desuper impediri ne-*  
 „*queant ; eadem Sacrosancta Oecu-*  
 „*menica, & generalis Tridentina Sy-*  
 „*nodus, præsidentibus in ea eisdem*  
 „*Apostolicæ Sedis Legato, & Nuntiis,*  
 „*hos, qui sequuntur Canones, statuen-*  
 „*dos, & decernendos duxit.*

### §. LXXI.

#### C A P U T I.

#### *De promovendis ad Ordines.*

I 5

„Cum



Sæcul. XVI. „Cum honestius, ac tutius sit subiecto,  
A.C. 1551. „debitam Præpositis obedientiam  
 „impendendo, in inferiori ministerio  
 „deservire, quam cum Præpositorum  
 „scandalo graduum altiorum appetere  
 „dignitatem, ei, cui ascensus ad Sa-  
 „cros Ordines a suo Prælato ex qua-  
 „cunque caufsa, etiam ob occultum  
 „crimen, etiam extrajudicialiter fue-  
 „rit interdictus, aut qui a suis Ordini-  
 „bus, seu gradibus, vel dignitatibus  
 „Ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla  
 „contra ipsius Prælati voluntatem con-  
 „cessa licentia de se promoveri facien-  
 „do, aut ad priores Ordines, gradus,  
 „& dignitates, sive honores, restitu-  
 „tio suffragetur.

Ceterum Episcoporum sollicitudo  
 eo collimabat, ut suam auctoritatem  
 recuperarent, quam tamen eisdem eo  
 minorem, ac poterant, attribuere sa-  
 tagebant Synodi Præsides (\*) Verum  
 tam hi, quam illi adeo speciosos, at-  
 que æquitati, & legibus consonos alle-  
 gabant

(\*) Hi Præsides ipsum erant Episcopi  
 fuæ auctoritatis Episcopalis tenaces, ac vin-  
 dices, proin duntaxat quibusdam Episcopis  
 sibi non tantum Episcopalem, sed & Pontifi-  
 ciam auctoritatem arrogare nitentibus obi-  
 stebant.

gabant obtentus, ut una omnes nil nisi Sæcul. XVI.  
Dei gloriam, atque Disciplinæ Eccle- A.C. 1551.  
siasticæ incrementum respicere vide-  
rentur; nam Episcopi non abs re que-  
rebantur de dispensationibus, & gratiis  
a Curia Romana frequenter concessis,  
quibus Episcopalem potestatem reddi  
nullam, suamque dignitatem vilipen-  
di ajebant; quotiescumque enim hi  
quempiam ad sacros Ordines admit-  
tere recusabant, vel propter justas, æ-  
que ac necessarias caussas sibi cognitas  
cuidam Sacerdotum Ordinum suorum  
exercitium interdicere volebant, aut ali-  
quem Ecclesiasticum ad superiorem dig-  
nitatem evehere renuebant, tunc Curia  
Romana ea, quæ ipsis Episcopi dene-  
gabant, iisdem concedebat, id vero ad  
Episcopalis auctoritatis imminutionem,  
atque integrum disciplinæ eversionem  
tendere existimabant. Hanc ob rem  
fancitum, ut imposterum ejusmodi  
concessiones, ac dispensationes nullius  
effent valoris: Verum Præsides ad tu-  
endam Sedis Apostolicæ existimatio-  
nem nullatenus admittere volebant, ut  
summus Pontifex, aut supremus Pœ-  
nitentiarius, vel ceteri Curiæ Romanæ  
Ministri, qui ejusmodi permissiones  
concedere solent, speciatim nomina-  
rentur.

## §. LXXII.

